

) (1^

ILLVSTRIS=  
SMIS PRINCIPIBVS  
MC DOMINIS, DOMINO IOA=  
nimo, Domino Ernesto, & Domino  
Christiano Gulielmo, Illustissimi Prin-  
cipis ac Domini, Domini Ioachimi  
Friderici, Marchionis Brandenburgici,  
Administratoris Magdeburgensis, Bo-  
russiæ, Stetini, Pomeraniæ, Cælubio.  
rum & Vandalorum Ducis, Burggra vij  
Noribergensis, & Principis Ru-  
giæ, &c. Filijs, Dominis suis  
Clementissimis.  
S. P. D.  
IMpressit DE-  
VS, illustissimi ac Ge-  
neroſſimi Principes,  
Domini Clementissi.  
mi, vestigia suæ sapien-  
tiæ. bonitatis, & poten-  
te omnibus etiam minimis Creaturis,  
k valuerſæ rerum Naturæ, vt rectè à  
fummo gentium Doctore, atq; Apo-  
( 2 ) tolo

)(2<sup>r</sup>

---

ftolo Paulo dictum sit: DEVM tām  
propē esse, vs fermē manibus palpari, &  
contrectari possit.

Nam certum est, etiam illis Cre-  
aturis, quae rationis expertes sunt, suas  
cuique dotes esse attributas, suas plantis,  
herbis, gemmis & lapidibus vires infu-  
tas, atque insitas, ut sine multarum virtu-  
tum imagines, & vitae, atque incolumi-  
tati hominis insignes afferant utilita-  
res. Et ne multa hinc inde colligam  
Exempla, ad Coeli, Corporumque cœ-  
lestium, contuitum faltem referamus  
mentem, & oculos, Solemq; cum cæ-  
teris Stellis intueamur, in quibus maxi-  
mam rerum lugent miracula.  
Ut enim jam nihil dicam de illo-  
tum Corporum virtute, motu, & lu-  
mine, quae tamen & ipsa non parum  
admiracionis, & efficaciae habent, quis  
nescit in Sole viuam, arque expressissi-  
mam prudentiae, atque sedulitatis imagi-  
nem propositam nobis esse? Nam Sol  
Dux, & Moderator coelestis chori nun-  
quam egreditur eclipticam, & conuer-  
siones

)(2<sup>v</sup>

---

fiones facit exactissimas, ac constantissimas, affida & inæstimabili primi mobilis rapacitate deseribit nobis spatia  
Dierum & Noctium, suo motu efficie quadripartitas Anni vices, & tempora,  
& quemadmodum in summo fastigio cunctantius incedit, ita in imo cardine redditum accelerat.

Monet nos igitur, ne extro metas officij erum pamus, sed labores vocati. oni competentes faciamus sedulo, atq constanter, communes vtilitates in medium afferamus, & quantò superiores sumus, tantò submissius nos geramus.  
Luna in temperandis humoribus suum exercet imperium, & lumen à Sole acceptum Terris regerit atq; di spenfar, verebus nascentibus succum, & alimoniam suppeditare, & ceu fidelissima Materfamilias penum curet, ac familiam alat.

Stellæ motu suo Solem tanquam Regem suum obseruant, & modo abe antem comitantur, modò absentem lugent

)(3<sup>r</sup>

---

ludent, modò redeuntem quasi læta gra-  
tulatione cum reuerentia excipiunt. Ia-  
his omnibus luminum cœlestium spe-  
ctaculis videmus euidentissima ligna  
bonitatis, & sapientiæ DEI erga homi-  
nes. Sed & in ipsa societate hominum  
voluit DEVS conspicere ideam suæ præ-  
fentiæ, & gubernationis. Nam inter  
homines quosdam præ cæteris autori-  
tate, majeftate, virtute, & potentia arma-  
uit, atq; ornauit, eosq; suo loco conſti-  
tuit quasi viſibiles Deos, quos jubet alijs  
præeffe, & juſtitiam, clementiam, ac bo-  
nitatem sui Numinis in Terra imitati.  
Quosdam autem illorum Imperio sub-  
miſit, præſidio commendauit, curæ cre-  
dedit, vt mutuis officijs deuincti inter ſe  
homines vitam tueantur, atq; conſer-  
uent. In hoc auguftissimo eminentiæ  
ac potentiæ fastigio etiam voftras Celfi-  
tudines, Principes Illuſtrissimi, DEVS  
collocauit, & ſumma virtute, autori-  
tate, opibus & honoribus exornauit, atq;  
inſtruxit, vt ad Reipublicæ gubernacula  
ſedeant, & Eccleſiam, ac literarum ſtu-  
dia ſuo patrocinio foueant, ac promo-  
ueant.

Cum

) (3<sup>v</sup>

Cum igitur edorentur hi Com-  
mentarioli in Epistolas Ciceronis, quos  
Parens meus (piæ memoriæ) pio stu-  
dio, & labore, in vsum scholasticæ lu-  
uentutis collegit, vsum est mihi eos  
vestris Celsitudinibus consecrare, à qua  
tum splendore lumen mutuentur, &  
autoritatem sibi concilient. In ea enim  
sum fententia, hoc beneficij genus à no-  
mine felicius, quām à vestris Illustrissi-  
mis Celsitudinib. expectari posse. Nam  
partim famo, atq; auditione accepi, par-  
tim etiam ipse præfens hilce meis oculis  
vidi, vestras Celsitudines singulari  
iuclinatione, studio, atq; impetu in  
optimorum Autorum scriptis verfari.  
Intes cætera autem præclara vestra stu-  
dia mihi hoc familiam quasi ducere vi-  
detur, quod Illust: vest: Celsitud: Cice-  
ronem eloquentiæ Parentem, & certi-  
fissimum Ducem sequuntur, & apicula-  
rum in modum fragrantissimos inde  
flosculos, ac lepores excerpunt, illiusq;  
dicendi neruos in dicendo exprimere  
student. Intelligunt vestræ Celsitudi-  
nes, quod in Principe Viro nihil majus,  
aut præftabilius sit eloquentia, quæ lo-  
( 4 ) quens

quens

)(4<sup>r</sup>

---

quens est sapientia. Et quantum ad sa-  
lutem Ecclesiæ, ac Reipublicæ interfit  
Principes sapientia, & eloquentia præ  
cæteris instructos esse, ex Antithefi do-  
cet Salomon, cum inquit: Vae Terræ,  
cujus Rex νημιος est, aut puer. Significa-  
uit hoc etiam Homerus Poëtarm Prin-  
ceps, cum Principes & Imperatores vo-  
luit esse Μυθωματικος, ηας ωςκκτυρας εργωμ.  
Submisè igitur vest: Celitudo: oro,  
Vt hoc vile munusculum clementer  
fufciatiſ, & hanc animi, & ſtudij mei  
ſignificationem benignè annuatis. DE-  
VS optimus maximus veſtras Celitudo-  
dines cum Illuſtrissimis Parentibus, fra-  
tribus, & tota inclyta domo Brandenburg-  
ica diu ſaluas, & incolumes benignè  
ad gloriam Numinis ſui, & Ecclesiæ fa-  
ludem conſeruet. Ex Academis Ienensi  
4. Idus Februarii, Anni 1597. Quo Die  
ante Annos 127. Fridericus II. Marchio  
Brandenburgensis Elector, Friderici I. Fi-  
lius in CHRISTO piè obijt.  
Veſt: Celitudo:  
Subditissimus,  
Gabriel Riccius